nes termini per numeros rationales exprimantur; oportet supponere $y \propto x\sqrt{3}$ et multiplicare per $\sqrt{3}$ quantitatem cognitam secundi termini quae est quoque $\sqrt{3}$ et per ipsius quadratum quod est 3 quantitatem tertii quae est $\frac{26}{27}$ et per ipsius cubum qui est $3\sqrt{3}$ quantitatem ultimi videlicet $\frac{8}{27\sqrt{3}}$ id quod facit $y^3 - 3yy + \frac{26}{9}y - \frac{8}{9} \propto 0$ Deinde si huius loco aliam desideretur in qua quantitates omnes cognitae solis integris numeris exprimantur supponendo $z \propto 3y$ et Multiplicando 3 per 3 $\frac{26}{9}$ per 9 et $\frac{8}{9}$ per 27 fiet aequatio $z^3 - 9zz + 26z - 24 \propto 0$ Ubi cum radices sint 2 3 et 4 juxta superiora sequitur alterius radices esse $\frac{2}{3}$ 1 et $\frac{4}{3}$ et prioris aequationis $\frac{2}{9}\sqrt{3}$ $\frac{1}{3}\sqrt{3}$ et $\frac{4}{9}\sqrt{3}$ Ubi porro notandum quod postquam aequatio qualibet a fractionibus aut surdis numeris liberata est atque in faciliorem transmutata fieri non possit ut ulla ex huius radicibus sive falsis sive veris sit numerus aliquis fractus (quod ex 5.7 Elem: demonstrari potest) Adeo ut si illa deinde sicut (infra de variatione aequationis ratione dimensionis) ostendetur non dividi possit concedendum sit, nullam ex radicibus sive falsis sive veris numero explicari posse, sed omnes esse rationales.

Similiter si proponatur aequatio $y^6 \propto * + 433\frac{1}{3}yy + 1259\frac{16}{27}$ supposito $zz \propto \frac{3}{10}yy$ scribatur aequatio hoc modo $y^6 * 0y^4 - 433\frac{1}{3}yy - 1259\frac{16}{27} \propto 0$ Et Multiplicentur per numeros proportio: 1. $\frac{3}{10}$. $\frac{9}{100}$ $\frac{27}{1000}$

fietque aequatio $z^6 * 0z^4 - 39zz - 340 \propto 0$ vel $z^6 \propto * + 39zz + 340$ cuius radix zz ad praecedentem radicem yy est ut 3 ad 10. Caeterum ~~ut~~ saepe quoque interdum aequationes quando tam prolixos numeros continent ut earum resolutio non nisi operosiorem industriam requirat in faciliorem transmutare beneficio divisionis Ut si fuerit aequatio

$x^3 \propto * + 203125x + 23437500$ dividenda ipsa est ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ facto dispositam $x^3 * 0xx - 203125x - 23437500 \propto 0$ per numeros proportionales 1 125 15625 1953125 et prodibit aequatio $y^3 * 0yy - 13y - 12 \propto 0$ vel $y^3 \propto * 13y + 12$ cuius radices sunt +4 −3 et −1 quibus per 125 multiplicatis exsurgent radices prioris +500 −375 et −125

Ubi denique operae pretium est observare de Imaginariis radicibus ut quamvis illae augeantur diminuantur Multiplicentur aut dividantur sicut jam expositum est tamen non nisi imaginariae fieri possint